

De
BALSAMO APOPLE-
TICO ALIO:

R. Olei Nucis Moschatae per expres-
sionem facti $\frac{3}{4}$ j.

Ambræ grysee gr. xxvj.

Moschi optimi,

Benzoes, Storacis calamit.

Laudan. optimi ana $\frac{3}{4}$ f.

Oleor. garyophyll. gut. xvij.

Lavendule,

Rute,

Anthos,

Cinamomi ana gut xx.

Succinigut. vj.

Pulverisata optimè cum oleo
Nucis Moschatae in scutella aliqua
argenteâ, vel orichalceâ cum pistil-
lo, quam optimè uniantur, ut in cor-
pus unum abeant.

Hinc admisceatur olea destilla-

ta pedetentim, & Balsamus in vase
benè clauso ad usum servatur. Apo-
plepticis, Epilepticis, & Vertigino-
fis prodest, si extremitates manuum
tempora & vertex eo inungantur.

BALSAM: APOPLECTI-
CUS Dn. D. Henrici Ju-
lit Bökelii.

R. Ol. Nucis Moschatae. expref. $\frac{3}{4}$ f.
amb. grys.

mosch. anagr. vj.

Zibeth. gran. x.

Ol. Citr. gut. viij.

Succin.

Majoran.

Rute, ana gut. vj.

Cinamomi,

Garyophyll.

Lavendul. ana gr. iijj.

F. mixtura accurata.

P A R S XV.

DE SPECIFICIS GUTTURA- LIBUS.

C A P U T I.

DE LAPIDE BRUNELLÆ, SEU CRYSTALLO, VEL ANODYNO MINERALI.

LApis Brunellæ ideo dicitur, quam Brunellam vocant, ac fauciū
quod inflammationi gutturis, scabritiei, confiniumq; partium in-
flam

flammationi, medetur praesentis-
simè.

R. Nitri purificati q. v. liquetur in
caterno, postea injice aliquid $\frac{1}{2}$ puri, vel,
quod melius, florum Sulphuris, qui u-
bi deslagraverint, iterum aliquid $\frac{1}{2}$ in-
jice, idq; continua, donec pro qualibet
uncia ① injecerū $\frac{1}{2}$ jij. vel $\frac{1}{2}$ i. $\frac{1}{2}$ & ①.
planè purum fiat. Tum effunde super
marmor, vel tabulam Nitrum hoc mo-
do preparatum. Pulverisetur, solva-
tur in aqua Rosar. & filtreter. Aqua
Rosarum dimidiā parte exhalet, & in
loco frigido in Crystallos pellucidissi-
mos concreset nitrum. Aqua effunda-
tur, atq; iterum dimidi pars exhalet,
denuoq; Crystalli colligantur.

VIRES ET USUS.

Maximo cum fructu in Brunella
morboq; Hungarico usurpatur. In
primis verò convenit in colli guttu-
risq; vitiis, præsertim quando fau-
ces, præ nimio astu, digrescere inci-
piunt.

Datur ejus drachma semis, vel
drachma una, in aqua rosarum, sem-
pervivi, brunellæ, lactucæ, faucesq;
tali gargarismate sibi cluuntur.
siquidem omnem oris, & collim-
munditatem tollit.

Aliud,

R. Herba malva hortensis Mj.

Flor. Rosarum rubrarum.

Prunelle,

Veronica,

Salv. ana Mj.

Rad. polypodii quercini $\frac{1}{2}$ jij.

Coq. in aq. pure 10. iii. & acet. vini
 $\frac{1}{2}$ vi. usq; ad casum transversi pollici,
postea coalentur, & colatura leniter ex-
primatur.

Postea f. talis Mixtum.

R. Spiritus $\frac{1}{2}$ l. 3 fl.

Vini $\frac{1}{2}$ jij.

Mellis $\frac{1}{2}$ i.

M. instar linimenti.

Hoc linimento post adhibitum gar-
garismum illinatur lingua, & immi-
nitus gustus paulo post redibit.

VIRES & USUS.

Hæc mixtura excellens est ad o-
mnis generis gutturis vitiæ, sive sit
inflammatio, tumor, excoriatio vel
exulceratio, &c.

Valde etiam hæc commendatur
Aqua ex cancris contusis destillata,
vel etiam succus eorum ex vivis ex-
pressus, aliisq; aquis pro gargari-
smate admixtis. Plurimum etiam
hæc commendant Autores Aquam
Ulmariæ, sedi majoris & lili. albo-
rum. Sed hæc sufficiant.